



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 26. Clemens Pontifex Maximus vita functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

§. XXVI.

*Clemens Pontifex Maximus vita
functus.*

Dies erat decima nona Martii sancto sa-
cra Josepho, quem sibi semper præci-
puum assumpferat Patronum, atque in
eius die anniversaria mori exoptaverat,
eiusque cultum' novo officio ex S. Scri-
pturæ locis concinnato in fidelium cor-
dibus auxerat: Tum morbi violentia
novis ardentis febris accessionibus tan-
topere ingravescebat, ut æger circa
quartam ejusdem diei horam conten-
tiosius laboriosiusque meatus trahens,
tandem internecino totius halitus si-
lentio placidissime animam Deo red-
didisse deprehenderetur. Vixerat an-
nos septuaginta & unum, Menses se-
ptem, & viginti quinque dies. Pon-
tificatum vero gessit viginti annis, tri-
bus mensibus, totidemque Septimanis
ac diebus. Numerantur duntaxat sex
Pontifices, qui a Divi Petri ætate per
plures annos ac Clemens Romanam
Sedem tenuissent, solusque Urbanus
VIII. in proximorum quinque sæculo-
rum decursu vigesimum Pontificatus
annum attigerat. Vespe sequentis diei
eius cadaver pollinctum a Quirinali
Palatio in Vaticanam Basilicam illa-

G 3 tum

Sæc. XVIII. tum est, ubi post sacrum funebre a
A.C. 1721. Nicolaio supremo Eleemosynario Pon-
tificio peractum in Sacello SS. Sacra-
menti in solemini feretro exponebatur.
Ejus laudes nitidissima oratione Vio-
centius Lucchesinus Abbas vir pietate,
doctrina, editisque eruditissimis libris
inlytus celebrabat: Nec tamen Romæ
siluerunt mordaces linguae ac calami:
quidam enim Pasquino hoc affixit epi-
taphium: *Hic jacet Unigenitus cum Pa-
tre*, alias ad fores Paoli Medici Pontificij
hæc verba adscriptis: *Liberatori Urbit &
Orbis.*

§. XXVII.

*Eiusdem Pontificis indoles & gesta
in Pontificatu.*

Hist. Univ. t. 8. p. 856. *Noviss. rel.* Curiæ Rom. p. 46. & seq. **D**um memorandis tanti Pontificis me-
ritis animum adjicio, vincit vir-
tutum copia sermonem, scientiae über-
tas calatum, & rite gestorum narratio
fidem. Erat Clemens paucis maximi-
nominis Pontificibus ni æqualis, saltem
parum inferior, & quamplurimis pie-
tate, & virtutum decorè superior, de
Ecclesia, & Republica Christiana adeo
bene meritus, morumque integritate
tam insignis, ut oculatissimi quique Argi-
ac Censores non haberent, quod spe-
etata sui ævi iniquitate merito repre-
hende-